

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Item cuius supra

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

Xpc̄ inserit caelo. Et quibus
 nondum sanguinis sui impen-
 dit redemptionem. iam mar-
 tyri tribuit dignitatem.
Erigite ergo dilectissimi fideles
 animos. & coruscantem gratiā
 luminis sempiterni. & impensa
 humanae salutis sacramenta
 uenerantes. studium ur̄m. his
 quae p̄ uobis gesta sunt subdite.
Diligite castimoniae puritatē.
 quia xpc̄ uirginitatis est filius.
Abstinete uos a carnalibus deside-
 rijs. quae militant aduersus
 animam. quem admodum nos
 praesens beatus apostolus suus
 ut legimus uerbis hortatur.
Malicia paruuli estote. quia
 dn̄s gloriae. mortalium se con-
 formauit infantiae. **S**ecta-
 mini humilitatem. quam dī
 filius discipulos suos docere
 dignatus est. **I**nduite uos uir-
 tute patientiae. In qua ani-

mas ur̄as possitis adquirere.
Quō qui cunctorum est redem-
 ptio. ipse est omnium fortitudo.
Quae sursum sunt sapite. non que
 super terram. **P**er uiam ueri-
 tatis et uitae. constanter ince-
 dite. nec uos impediāt terre-
 na. quib. parata sunt caelestia.
Per xpm̄ dn̄m nr̄m qui uiuit
 et regnat in sc̄la sc̄lorum am̄.

Gaudete
 IN DNO DILECTIS

simi. iterum dico gaudete.
Quoniam breui interuallo tempo-
 ris post sollempnitatem natiui-
 tatis xpi festiuitas declaratio-
 nis eius illuxit. et quē in illo
 die uirgo peperit. in hoc mun-
 dus agnouit. **U**erbum enim
 caro factum. sic susceptionis nr̄e
 temperauit exordia. ut ih̄c
 natus & credentibus manife-

stus. et persequentibus. esset oc-
cultus. Jam tunc ergo. caeli
enarrauerunt gloriam dei. &
in omnem terram sonus ueri-
tatis exiit. quando & pasto-
ribus. exercitus Angelorum
saluatoris editi adnuntia-
tor apparuit. et magos ad
eum adorandum. praecua
stella perduxit. Ut a solis
ortu usque ad occasum. ueri
regis generatio coruscarerit.
Cum rerum fidem. & regna
orientis per magos disce-
rent. et romanum imperi-
um non lateret. Nam &
seuitia herodis uolens pri-
mordia suspecti sibi regis
extinguere. huic dispensa-
tioni nesciens seruebat.
Ut dum atroci intentus faci-
nori. Ignotum sibi puerum
Indiscreta infantium cae-
de persequitur. adnunti

atum caelitus dominatoris
ortum. insignior ubique fama
loqueretur. Quam prompti-
orem adnarrandum diligen-
toremque faciebat. et superne
scificationis nouitas. et cru-
entissimi persecutoris impietas.
Tunc autem etiam aegypto salua-
tor inlatus est. ut gens anti-
quis erroribus dedita. iam
ad uicinam salutem per oc-
cultam gratiam uocaretur.
et quae nondum ab animo eie-
cerat superstitionem. iam
hospitio recipere ueritate.
Merito igitur dilectissimi. di-
es iste manifestatione domini con-
secratus. specialem in toto
mundo obtinuit dignitate.
quae in cordibus nostris dignode-
bet splendore clarescere. ut
rerum gestarum ordinem.
non solum credendo. sed etiam
Intellegendo ueneremur.

ii Tu autem de cunctis stellis & fulgoribus. stella fulgentior. mis-

79

Quantam enim gratiarum acti-
onem debeamus dō p̄illumina-
tione gentium. probat obce-
catio iudaeorum. Quid enim
tam caecum. quam illi sacerdotēs
et scribae israhelitarum fue-
runt. qui per tunc tantibus
magis. etherode quaerente.
ubi xpc secundum scriptura-
rum testimonia nasceretur.
hoc responderunt de prophe-
tico eloquio. quod indicabat
stella de caelo. Quae utiq̄.
poterat magos hierosolimis
praetermissis usq̄. ad cunabu-
la pueri. sicut post modum
fecit sua significatione per-
ducere. nisi ad confutanda
iudaeorum duriciam perti-
nuissēt. ut non solum ductu
sideris. sed etiam ipsorum p̄-
fessione innotescerēt natiui-
tas saluatoris. Jam ergo ad

eruditionem gentium prophe-
ticus sermo transibat. & prae-
nuntiatum antiquis oraculis
xpm alienigenarum corda di-
scebant. cum iudaeorum infi-
delitas ueritatem ore p̄ferre.
et mendatum corde retinere.
Noluerunt enim agnoscere oculis.
quem de sacris indicabant libris.
Ut quem non adorabant in infan-
tiae infirmitate humilem.
postea crucifigerent in uirtu-
tum sublimitate fulgentem.
Quae ista iudaei tam imperita
in uobis scientia est. & tam in-
docta doctrina. Interrogati
ubi xpc nasceretur. ueraciter
et memoriter dicitis quod le-
gistis. In bethleem iudae.
Sic enim dictum est p̄ prophētā.
Et tu bethleem iudae. non es
minima inter principes iuda-
e. ex te enim exiit princeps qui
regat populum meum isrl̄.

Hunc principem natum. Lon-
ginquae orientalium gentium
nationes. in insolito noui fide-
ris splendore didicerunt. Et
ne de loco editi regis ambige-
rent. uera eruditio prodidit.
quod stella nondocuit. Cur
uobis uiam quam alius aperi-
tis obstruitis. Cur in uera in-
fidelitate resedit dubium. qd
ex uera fit responsione mani-
festum. Locum natiuitatis
descripturarum testimonio
demonstratis. praesentiam te-
poris de caeli & terrae attesta-
tione cognoscitis. et tamen
u. ad persequendum animus
herodis exarsit. ibi ad non
credendum ueris sensus obdura-
it. Felicior ergo ignorantia
infantium quos persecutor
occidit. quam uera scientia
quos in sua perturbatione con-
suluit. Uos noluitis eius re-

gnum recipere. Cuius oppidum
potuistis ostendere. Illi potu-
erunt pro eo mori. quem non-
dum poterant confiteri.
Ita xpc ne ullum ei tempus eet
absq. miraculo. ante usum lin-
guae potestatem uerbi taci-
tus exerebat. et quasi iam di-
cere. sinite pueros uenire ad
me. talium est enim regnum
caelorum. Noua gloria coro-
nabat infantes. et de initus
suis paruulorum primordia
consecrabat. Ut disceretur ne-
minem hominum diuini inca-
pacem esse sacramenti. quan-
do etiam illa aetas. gloriae
apta esset martyrii. Agnosca-
mus ergo dilectissimi in ma-
gis adoratorib. xpm. uocatio-
nis nrae fideiq. primitias. &
exultantib. animis beatae spei
initia celebremus. Exinde
enim in aeternam hereditate

coepimus introire. Exinde nobis xpi eloquentia scripturarum archana patuerunt. et ueritas quam iudaeorum ob caecatio non recepit. omnibus nationibus suum lumen inuexit. Honoretur itaque a nobis sacratissimus dies. in quo salutis nostrae auctor apparuit. et quae magi infantem uenerati sunt in cunabulis. nos omnipotem adoremus in caelis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas domino munera species obtulerunt. ita et nos decordibus nostris quae domino sunt digna promamus. Quamuis enim omnium bonorum sit ipse largitor. etiam nostrae tamen fructum quae nit industriae. Non enim dormientibus. prouenit regnum caelorum. sed in mandatis diligenter laborantibus atque uigilantibus. Ut si dona ipsius non irrita fece-

rimus. per ea quae dedit mereamur accipere quae promisit. Unde cohortamur dilectionem uestram. ut abstinentes uos ab omni opere malo. quae sunt casta et iusta sectemini. Filii enim lucis. Abicere debent opera tenebrarum. Itaque odia declinate. mendacia abicite. superbiam humilitate destruite. auariciam proicite. largitatem diligite. Decet enim ut capiti suo membra conueniant. ut promissarum beatitudinum mereamur esse consortes. Per Christum dominum nostrum qui uiuit & regnat in saecula saeculorum Amen. **ITEM**

**CUIUS SUP
DE EODE DIE.**

**VAM
UIS SCIAM**

·iii·

